

Venezia



Inc

Haw

10

7610

Inc

1395

~~E
C
98~~

~~1164~~

Georgius Trapezuntius


Commentarii in Philippicas Ciceronis


Vereza


~~16542~~

with
—
—
58

8







Cicero

[Faint, illegible handwritten marks]

4
Inc.
1395

Georgii Trapezūti Clarissimi Oratoris Cōmentarii in Philippicas Ciceronis Incipiūt:

Exhibi^{ca}

Um Brutus & Cassius interfectores Cæsaris concitatae in se plebis furori cessissent: & ueteranos Cæsaris timētes: quāq; p an

Altemp^{na}

toniū liceret: in urbē: ancio ubi exulabāt: redire nollēt: essetq; oibus & maxie bonis formidolosus Antonius. Cicero quoq; ex turbe sibi discedēdū putauit: q; & interfectory Cæsaris amicus habebat: & Antonii supbiaz & impotētiā ferre non poterat. Dolobellæ q; in Syria cōsulatu; gerebat legationem ei deferēti primū qdē assensus est: deide cuz Ircius & pāsa cōsules designati rogassēt ne se imitatores ac discipulos deserēt uell; seq; āno cōsulatus sui consilio atque eius ope: si adesset euersuros ac plane deiecturos antoniū pollicerētūr legatōem Dolobellæ renuit: seq; ea spe & cōsilio Athenas cōtulit: ut simulac illi cōsulatū iniūissent: ipse Romā reuerteretur. Interea dū Antonius cōsulatū gereret Athenis toto æstatis tēpore futury pfectus igitur



Cicero anteq̃ in Graciam traieciſſet nunciis
 allatis de uoluntate Antonii cōmutata Romā
 rediit: cūq; Antonius poſtridie ſenatum ha-
 buiſſet: nō uenit q̃ ex iudicio quodā inſidias
 timeret: id ægre ferens Antonius milites ſta-
 tim miſit: qui aut illū in ſenatū adducerent:
 aut domum eius incenderent. Verū nō nul-
 loꝝ precibus adductus acceptis pignoribus
 contentus fuit: atq; ita nō ſine ſuſpiciōe Ro-
 mæ erant: ut alterius alter inſidias uitarent
 donec Octauius quē, C. Cæſar hæredē reli-
 querat: romā reuertit: quē Cicero inimicitias
 atq; odio Antonii cōpulfus ſua auctoritate
 atque opibus adeo auxit atq; extulit: ut An-
 tonius metu Romam relinquere cogeretur:
 & hoſtis a Senatu iudicaretur. In hac igitur
 prima philippica Cicero & quare Roma p-
 feſtus fuerit: & cur redierit primū pponit:
 deinde de iniuria antonii quæritur: demum
 illius impotentiam & importunitatē oſtēdit
 & ſuum ſtudium operam, reipu. pollicetur.
Aliquādo, ſcilic; interfecto Cæſare, quaſi in
uigilia quadam, imago quam græci ΕΙΚΟΝΗ

2

uocant. usquam. aliquo. In ædem telluris.
In quo templo. neq; n. alibi senatus haberi
poterat: quam in loco sacro. atheniēsiūq; re
nouaui uetus exemplū. cū. s. bello pelopon-
nisiaco post multas reipu. comitatiōes tādē
athenienses: qui inter se ipsos multas cædes
ediderāt cōuenerunt ut obliterata iniuriarū
memoria cōmuni cōsilio cōcordes & unani-
mes tempu. susciperēt: græcu; etiā uerbum
usurpauit ἀμνηστειαν. ἰ. καὶ ὁμοιοιαν &
liberos eius. nam cū Brūtus & Cassius prin-
cipiū suasu e capitolio quo se interfecto Cæ-
sare receperāt: in foro descēdissent: & Cinna
quodam cōtionē habente: desiderio & mise-
ricordia Cæsaris plebs cū esset cōcitata: rur-
sus se in capitolium cōtulissent: postridie ob-
sede filio Antonii accepto iterum descēderūt
ubi & in templo telluris pace facta: ita inter
eos conuenit: ut acta Cæsaris seruantur: &
eius cadauer magnifice efferretur ac sepeli-
retur: quo tempore Antonius multa de con-
cordia disseruit. quas habebat domi de rep.
hoc dicit propter commentaria Cæsaris: ad

hunc ordinem senatorum: scilicet res optias
deferebat: quibus de rebus senatores delibe-
rarent & auctores essent. num qui exules re-
stituti: quasi dicat nulli. hoc dicit: quia post-
modum multos reduxit: multos etiam eiecit:
quos Cæsar in cōmentariis suis minime no-
tauerat. unum aiebat, scilicet restitutu3 esse
ex cōmentariis Cæsaris. num immunitates
datæ: nullas: nam postea multas ciuitates ac
populos qui tributum populo Romano pē-
debant: imminuites fecit. seruio sulphicio, qui
iuris prudentissimus fuit & eloquētissimus.
festinat: σπευδει, quæ iam nimis regiæ po-
testatis obtinebat. post scyllam scilicet & C.
Cæsarem: qui perpetuam dictaturam sibi assū-
pserunt: cum illud imperium semestri legi-
bus esset. quod sæpe antea iustum fuisset. s.
cum & legibus accipiebatur & legitime de-
ponebatur. vincus impactus est. infixus est
inuaserat. tanquam in alienam possessionem. quæ
nisi abfuisset. profectus scilicet in Syriam. ser-
peret. sensim & sine sensu subiret & progre-

detetur. bustum in foro facerent .i. cadauer
 in foro cremarent: tum enim bustum dici-
 tur: cum cadauer concrematum est: qui illā
insepultam sepulturam effecerant: idest qui
 effecerant: ut mortui ac sepulti desiderium:
 ac memoria superesset ac uiueret: in quo no-
 tat Antoniū qui in conuentione repugnā-
 te^r Cassio concedente Bruto tandē obtinuit:
 ut Cæsar magnifice sepeliretur: & funus du-
 ceretur. talis animaduersio fuit Dolobellæ
 idest ita animaduertit ac puniuit aliquos do-
 lobella. execratæ columnæ. in qua amici
 Cæsaris ad æternam eius memoriam inscri-
 pserant: parenti patriæ. Consules designa-
ti. scilicet Ircius & Pansa. cauerat. idest q-
 bus senatus prospexerat: & lege eorum uti-
 litati & incolumitati consuluerat. habe-
 remque ius legationis liberum: poterat. n.
 pro suo arbitrio legatus proficisci. non sine
 causa. timebat enim insidias. urbs coniun-
 ctissima. propter quæsturam: quam gessit
 in Sicilia. urbs. urbem pro ciuitate posuit:
 sicut in epistolis ad Atticum: cum dicit:

Bustum quid

domum suam inflāmata; fuisse urbe in spe-
ctante. agrigenti; ciuitas est Siciliae. ut trās-
mitteret. quod etiam actiue dicitur. munici-
pes rhegini. nam rhegium ciuitas Calabriae
municipiū est non colonia dictuz απο του
ρηγνικου nam priscis illis temporibus cū
Sicilia Italiae cōiuncta esset & ui maris abscissa
atq; abrupta est: unde nunc etiam nunc an-
gustissimo freto disiūguntur. edictū Bruti
& Cassii. erant enim praetores; Bruto creta;
Cassio Africa decreta fuerat. remissis gal-
liis prouintiis. quarum alteram Cæsar De-
cio bruto attribuerat. ut mihi nulli neq; uē-
ti neq; remi satisfacerent. unde prouerbiuz
est uelis remisq; L. Pisonis. q fuit socer Cæ-
saris. præter naturam præterq; fatum uio-
lentam & inopinatam mortem significat: ut
est apud Homerum μη και υπερ μοιραν
λομον κοιλασ ησ αφικαι q Cicero fatuz
atq; naturā uidetur dixisse: illud multo aēte
Demosthenes dixit. υπερ στεφανου his
uerbis. ομην τοισ γουευσι νομιζον μο-
ρον γεγενησθε τοντησ εμαρμενησ

4
καὶ τοῦ αὐτομάτου θανάτου περιμει-
νει. de hesterna Marci Antonii iniuria, di-
ctum est enim, M. Antonius milites mittere
uoluisse: qui Ciceronē in Senatum petrahe-
rent: postea pignatibus acceptis reliqua ui
abstinuisse, præ me semper tuli, non solum
inquit hoc leue eius & exiguū beneficiū in
memoria habui: sed etiā prædicaui quod est
gratissimi hominis, ut & ægrotos, hoc dicit
propter Appiū claudiū: qui bello cōsentino
& tarentino: cum senatores pacē cū pyrro
faciendam censerent: delatus in Senatum
dissuasit: qui apud Enniū his uersibus sena-
tum reprehēdit: Quo uobis mētes recte quæ
stare solebant: antehac: precipiti sese flexere
uia: hunc Pyrrhum cōsentini cum aduersus
po, Ro, bellum gererent: ex græcia accersue-
runt: ut eo Imperatore uterentur, memoriæ
proditum est. mādatū litteris ac monumen-
tis, cūq; de uia languerē, cum ex itinere de-
fessus essem, disturbaturū publice ex sena-
tus sententia ædificatam domum. Nā cum
illo exiile Clodius nō soluz uillas: sed etiam

domos Ciceronis evertisset; in patriam resti-
tuto publica impesa domus est ei postea re-
stituta, aut quid e ultra pignus aut multa
duobus inquit modis potest cogi ciuis, r. aut
ut ei pignus eripiatur: aut multa hoc e pe-
cuniaria poena infligatur, remisisset de seue-
ritate cogendi, quam scilicet ita intenderat
parentalia, iusta sunt mortuorum, inexpiabi-
les, quae nullo supplicio nullo sacrificio piari
& expurgari & lui possent, stirpe, progenies
suam, s. Brutum qui Caesarem occidit, ppa-
gauit, produxit sumptum de uitibus, si qs
accidisset grauior reipu, casus, propter hoc
piaculum & iram deorum: solent autem dii
immortales, p. scelera; aut bello aut morbo:
aut fame ulcisci, uelim, utinam, uultu, indi-
cando: scilicet uoluntatem animi sui: laetitia
scilicet aut dolorem ostendendo, ab omni-
bus his, quos scilicet aut necessitudo Anto-
nii: aut beneficium Caesaris prohibent li-
bere loqui: sicut erat Lucius Caesar & multi
alii, primu, supitis cas utrasq; & pfectois &
ruersiois suae: deide qstus e de iniuria antonii

5

in multos etiam consulares uehemens fuit
nunc rogatus sententiam de actis Cæsaris
seruanda dicit: quæ ab Antonio non seruari
docet hoc argumento. Is acta Cæsaris nō ser-
uat: qui leges nō seruat: Antonius leges cæ-
saris non seruat: ergo Antonius acta cæsaris
non defendit: destruit autem leges primum
de prouintiis prætoris & cōsularibus: deinde
iudiciarias: deniq; eam quæ est de ui ac ma-
iestate a Cæsare lata. sed quia rationem ha-
bendam maxime arbitror pacis atq; otii. quæ
in primis consulendū prospiciendū esse r. or-
ocio ac paci. modo sine aduocatis. uel aduo-
catis intelligit milites: quibus septus in Se-
natum ueniebat & eorū præsentia ac ui cām
suam tuebatur: quæadmodum priuatorum
causas aduocati tueri solent: aut certe eitis
infantiam notat. qui per se sine patronis &
aduocatis se tueri ac defendere non possit.
Sed ut opinor: licet ei minus ualere: quod mihi
heri per illum non licebat .i. licet ei uali-
tudinem malam afferre excusationem non

ueniendi in senatum: que mihi non profuit
heri: cum a me afferretur: quia Antonius non
concessit: nec excusationē probauit. hoc chi
rographum, quod quis sua manu notauit,
in æs incidit, non in ære dicitur: sculpebant
autem leges litteris in æs incisus, in quo po
puli iussa perpetuasque leges, nam lex est ge
nerale iussum populi magistratu rogāte, tri
buta & data, tributa quibus debebantur: ac
meritis: data gratis, ad ædem opis. ΕΥΤΩΙ
ΕΣΩ ΤΗΘΡ ΕΑΣ, cruetā illa quidem, ex bōis
s. pōpeianorū cesorē, rogatus, in pace: non
in bello, promulgata, quasi puulgata quæ
cum demum lex lata esse dicitur: cum trinū
dinum proposita est, centuriatis comitiis,
quando omnes centuriæ in campo Marcio
suffragium de aliqua re ferunt, equo meru
isset, militasset equo, quod est lauius, hono
rabilius splēdidius, ex legione a laudarum,
quam Cæsar in ulteriore gallia conscripsit
ergo erat barbara legio, nostri scilicet mi
lites qui multa per uim: & contra maie
iestatem commiserunt, Libere iudicare

6

non audeant, autem propter auaritiam & for-
des; aut propter conscientiam alicuius faci-
noris aut metu, quam latus est error, quam
late patet quæ ad multos pertinet, ad operas
mercæarias, i. ad eos quos ille reus mercede
conduxerit, protrahatur, ad pœnam, s. atq3
supplicium, questiones, cum, s. per tormēta &
cruciatu: quæritur quid sit a reo commissum
quod quod obrogatur legibus Cæsaris, i. leges
Cæsaris abrogantur, natio, genus hominu:
qui non aliunde uenerunt; sed ibi nati sunt;
quos Græci αὐτοχθόνων αὐτὸν uocāt, uectigalia
quæ græce ποροὶ dicunt̄, imunes, ἀτελείσ
recitauit, ipse pronūtiauit p̄ preconē ἀνειπε
paratos habemus qui intercedāt, εἰρωνικοὺς
quasi dicat tribunos plebis nō habemus; q̄
intercedāt; si consules malas leges ferāt, hoc
autē dicit propter, C. Antoniū & Marci An-
tonii fratrem; qui eo tempore tribunatū gere-
bat, paratos qui rempubli, hoc dicit propter
augures qui ius habebant obnūtiandi; si tri-
buni, pl. egissent cum populo Ioue tonante;
aut pluente; Erat autem id temporis augur

M. Antonius. Cedo illa legitima τα νομιμα
ea. s. quæ scripta sunt legibus. sciuit. decre-
uit. refelletur. refutabitur *εξελεγοθησεται*
Est integrū. nā late nōdū erāt: quā licet eis
uel accipe uel reicere. Irasci. hoc loco osten-
surus cōsules auaritia & dominādi cupidita-
te multa p uim & contra leges facere: nouo
quodā exordio licētiā quærit. Reprehēdit igi-
tur amice ut uidetur utrūq; q̄ exitus initio
actionū suarū nō cōsētiat: deīde hortatur ac
monet: ut alia uia gloriā quærāt & potentiā
auorū. auū habuit. M. Antoniū oratorē. auū
culū. L. Cæsarē: ut ego opinor: cū tanta præ-
sertim gladiorū sit ipunitas: hoc ē cū liceat tā
ipune uti gladiis. *ορος της Δοξης*. Ea autē
est gloria & laus recte factorū magnorūq; in
repu. meritorū: quæ cum optimi cuiusq; tū
etiā multitudinis testimonio cōprobatur. ex
piato foro. nā το αγοσ & piaculū cōmissuz
esse uidebat̄ p eōs q̄ arā Cæsari & diuios ho-
nores statuebāt. Cuius ordinis. uel senatorii
uel equestris: uel plebeiī. cuius generis. sūt
n. tā inter patricios q̄ inter eq̄tes & plebeios

7
multa genera & gradus . denique fortunæ
uel pauperes uel diuites uel serui uel liberi:
aptarunt. accōmodauerunt adiūxerūt. quo
auctore: quo cōsiliario: quo duce: quo admo
nitore. auspicia te ipso augurē nūtiante. q̄
nō licebat cōsulē nisi auspicio sumpto creari
inusta est nota. impressa ē ignominia: sum
ptum ab equis quibus note ac signa caute
rio hoc ē ferro calido imprimūtur: unde no
ta censoria quando censores ignominia affi
ciebant aut Senatores: aut eq̄tes. pœnitebat
paꝝ uidebatur. s. fortuna & āplitudo & cha
ritas & gloria cū adeptus fueras. deprauā
prauum uideri facere prauū: uel a recto de
torquere & deflectere . nihil enim tā sanctū
hoc dicit quamuis domi omnia fiant: caste
sanctē integre incorrupte: tamen domestici
plerūque in malaꝝ partem: & non recte ac
cipientes in uitia & in uituperiū detorquēt.
domestici q̄ sup̄ius dixit familiāres οικειοὺς
detestabile dignum detestatione & abomi
nandum execrabile . in fabulis . in tra
gœdiis : ut apud actium: atreus inducitur.

oderint dū metūāt crudeliter sane: quare &
regno pellitur, exitus, mors interitus, interfe-
ctor. ΤΥΡΑΝΝΟΚΤΟΝΟΝ, sine quo, s. sine be-
niuolētia ciuiū, gladiatoribus, cū dabāt mu-
nus gladiator, hærebāt, infixi erāt, actio, hi-
strioni & tragœdiar, actori, in illo apparatissi-
mo spectaculo. Nam cū Brutus: multa atq3
omnis gens animalia undiq3 coemisset: an-
teaq̄ Roma cederet: q̄q̄ postea ludis faciēdis
adesse nō poss&: tamen omnia illa animalia
exhiberi: & q̄maxime ac magnificentissime
ludos fieri uoluit: adeo ut Neapolim cōces-
serit: ubi multos histriones ludor, apollina-
riū conduxerit: ac Romā miserit: scripsit etiā
ad amicos ut camiciū quēdam Græcū ægre-
gium ea tempestate histrionem conducerēt
a Cicerone etiam uehementer contendit: ut
ludis suis omnino interesse uellet: a popula-
ribus ciuilibus, qui bonos oderunt: & malis
artibus ac rationibus grātiā populi quæ-
runt, quale sit nō interpretamini, i. nō expo-
nitis uos: & explanatis uobis ipsis: quo aīo
populus Romanus sit & cuiusmodi sit eius

iudicium & uoluntas in retinenda libertate
cum tantopere laborat de uita Hircii qui p-
pugnat pro libertate, extaret, quasi monu-
mentum quoddam, diligenter, attēte, huic
scilicet ætati; accesserit aliquid;

h Aec est secūda Philippica: quæ Ci-
ceroni mortē attulit: respōdet autē
criminibus & maledictis. Antonii:
deinde uehementissime & acerbissime in eū
inuehitur. Quoniā meo fato, ab admiratōe
& indignatione incipit & format sententiam
suam: hoc tamen affirmatiue dicit: hoc fato
uideor esse susceptus & natus: ut oēs reipu-
hostes qui fuerint his annis uiginti mihi fu-
erint hostes, in aliis. Catelina Antonio Ga-
binio Vatinio clodio, ultro, non a me prouo-
catus nullis iniuriis a me affectus, ut uide-
rere. i. in quo tu es mihi uisus audacior quā
Catelina, quid putem, numerat causas quæ
uideri possunt adduxisse Antonium ad ma-
ledicendum de Cicerone: quæ cum non sint
idoneæ ad extremū unā subiicit: quæ uidet
esse uera, inuita, quātum ad mores, in grā

quātum ad beniuolentiā ciuium, detrahi, ma-
ledici: unde detractores dicuntur, ætatis flo-
rem collectam, notat impudicitiā Marci An-
tonii, domū meam uentitaras, s. causa audi-
endi: quod græci dicunt επιφοιταν, C. Cu-
rionem, s. filiū, cuius τα παιδικα fuerat cu-
ius consuetudine ita perditus ac neq̄ euasit
ut ducentorū ac quinquaginta talentorū æs alie-
num contraxerit: quod cū Curio filius dissol-
uere conaretur: Curio pater domo illū expu-
lit: ex quo Clodio se adiūxit: cūq; illi uis pa-
raretur in Asiam se contulit: & gabinio in iu-
deos exercitū ducenti præfectus equitū fuit
nominauerūt, s. cū Ciceronem cooptauerūt
in locū inde mortui, nec soluendo eras, i. nō
poteras soluere æs alienū, unam tribū ferre
potuisses, quasi dicat, non enī tibi suppete-
bat pecunia: quā in ambitu collocares, ipse
uictor, s. Cæsar, fac potuisse, i. cōcedamus q̄
potueris, quod si esset, hoc dicit si non adi-
mere uitam esset beneficium illi quibus Cæ-
sar non ademit uitam cum possit: q̄ eum in-
terfecerunt ingrati sunt habēdi & uitupādi:

9

sed ipsi laudantur ergo non adimere uitam
non est beneficium. cum tum reliquias reip.
dissipauisses. credo propter quatuor illa mi-
lia talentorum quæ a calpurnia uxore Cæsa-
ris accepit. offensiõe aliqua interposita. id est
si qua offensio inter eos intercessit: si qua in
re se offendissent post missas litteras. inepta
insulsa absurda nõ loco nõ tẽpori nõ psonæ
nõ rei apta cõueniẽtia. ut mustellæ timisio.
ut mustellæ solũ & nõ aliis scire aliqd uidea-
ris: erat autẽ mustella & tiro numisus mili-
tes antonii ac latrones. siccatii. facinorosi: a
sicca q̄ est breuis gladius. in quo habes sciẽ-
tiã questuosã. hoc est tu es ægregius magi-
ster faciendorũ chirographorũ ex q̄bus capis
magnũ fructũ & cõpendiũ. sed officii beni-
uolẽtiã. id est redarguo te nõ reddidisse offi-
ciũ te mihi nõ beniuolẽtiã. omne autẽ crimẽ
tuũ ẽ. i. i hoc oĩo me crimiaris. quẽdã. filiũ. s.
P. Clodii. moderationẽ. in uita. modestiã. in
dicẽdo. oblitũ esse putetis mei. discessisse a
moribus meis: & esse factũ dissimilem mei.
uel. quod ita factus est consul. nam Cæsare

10

adhuc uiuo assumptus est ab eo Collega in
consulatu; sed cum Cæsar Dolobellā cōsulez
substituere uellet; Antonius maledictis & cō
tumeliis in Dolobellam coniectis in præsen
tiæ prohibuit; postea tamen euz consulem
declarauit. fatale. pestifery. prouidit. cauit p
spexit; sicut imperiū Cæsaris seruitutem po
puli Ro. Ex Syria. cum in palestinā pfectus
templū iudeorū ac Salomonis diripuit. non
ut parenti gratias ageret. nam pater patriæ
appellatus est; Vnde est ille uersus. Roma
patrem patriæ Ciceronem libera dixit. refer
ret acceptam. acceptū referre tractum est a
rationibus & libris in quos euz pecuniā cre
ditā accipimus acceptū referre dicimur; euz
uero pecuniam creditā reddimus expensuz
ferre dicimur. togato. nemini nam armatis
multis habitus est. L. Cæsar auūculus. nam
eius soror Iulia modestissima & priāria mu
lier Antonium suscepit; nupsit autem post
mortē p̄ris Antonii. P. Lentūlo principi con
iuratōis. uitricū. s. P. Corneliū Lentulū. na
talicia. sunt festa quæ faciebāt nobiles p eo

10
die quo nati sunt. phormioni gnatonii, nomi
na sunt parasitorum apud Terentiū. propin
quū. a matre. O feditatē turpitudinē flagi
ciosam. plenā flagicii & sceleris: in eo tēplo
in curia quæ haberi non poterat nisi in loco
sacro: unde Virgilius hoc illis curia templū.
audacia. semper in malā partē. illa nepharia
senatusconsulta. per cōtrariū accipiēdū est:
nam ea senatusconsulta facta sunt referēte
Cicerone: quibus suppliciū sumptum est de
paricidis: & respū. ab interitu liberata. scribe
γραμματαίσις græce. capere. χερσιν. con
fiterentur. u. i. s. fatemur autem sponte. con
scioꝝ indiciis. & multorum aliorū & ceparii
cuiusdam in primis: qui retractus fide publi
ca interposita totā cōiurationē patefecit. pa
triæ parricidio. parricida dicitur non utique
soluz is qui parētē aut patriā uiolat: sed qua
lēcūq; hominē occidit: indicat lex numæ pō
pili: iis composita uerbis: si quis hominem
liberum sciens morti luit parricida esto. uo
ce litterarū: quæ deprehēsa sunt ad pōtem
miluiū: cū legati alobrogū capti sunt. ad se

pūlturam. scribit Plutarchus. M. Antonium
obiicere solitū Ciceroni nō ante corpus uiri
ei sui habere potuisse; quā uxor sua ab uxorē
Ciceronis sibi id impetrasset; sed plane illuz
mētiri neminē eīz illoꝝ; de qbus suppliciuꝝ
sumptū fuisset sepultura prohibitum fuisse.
excors. amens demens a corde dictū. coherē
tia; cōuenientia consentanea. animaduersio
punitio multatio. ab itureis. iturea regio est
palestinæ & iudeæ; ubi cū Antonius sub ga
binio cōsule meruisset; multos secū abduxit
qbus postea utebatur; & seruis & ministris.
salis. urbanitatis; unde Terentius qui habet
salē q̄ in te est. amima uxore. uel de Fuluia
intelligit quā post mortē Clodii duxit uxore
repudiata filia. M. Antonii eius q̄ in cōiura
tione Catilinæ fuerat collega ciceronis; quæ
fuit mulier animo sane uirili; & quæ impiuꝝ
in uirū exerceret; aut certe de citheride dicit
qua cum multā cōsuetudinē habuit. sceleratoꝝ
arma. s. cessisse meæ rogæ. monumētōꝝ
meoꝝ. i. scriptorū in omni genere; & in phi
losophia & in arte dicendi. operis subsiciuus

id est subsequētibūs & secundariis : q̄ Græci dicunt παρρηγόν, iuuetuti utilitatis, q̄a facti sunt docti & eloquentes. nomini. r. laudis. quia Romani græcos: antea tantūz bellī gloriæ superabant: post Ciceronem & ingenii laudem sibi arripuerunt. compilatis. cōpilare apilis ita futari ut ne pilus quidem relinquitur. questio non satis prudenter. i. q̄c hoc dicit: nam cum ueteri lege de morte hominis quæri posset: lege noua per pompeiū lata quæsitum est. M. Bibulo consule. cuius collega fuit cæsar: qui in eo consulatū ita impotenter ac male se gessit ut Collegam suū in Senatū uenire prohibuerit: quo tēpore iactati sunt duo uersus: sed alterum memini nam Bibulo fieri consule nihil memini. coiffes. coniunxisses. notue dictum coiffes societatem: præuaticatorem. hoc interest inter præuaticatores & patronū: nā patronus is ē qui cām defēdit: & ea quæ sūt utilia cām & dicit: præuaticator cōtra cū se cām defendere simulet: dicendo ea quæ sunt causæ

inutilia causaꝝ p̄fodit. p̄rtim obscuris. sicut
casca cimber. ahale. is cum mallius. spu. re-
gnum affectaret assumpto pugione: & sub
ala occultato illum interfecit: ex huius do-
mo serulia Bruti mater originem ducit. gn.
domicium huius pater Domicius apud cor-
phinium captus & interfectus est. persuasi.
persuadere & suadendo aliquē in sententiā
suam adducere: multi ergo suadent qui non
persuadent: persuadere est nisi suadendo ne-
mo potest. quam charitate. & nō charitate: ē
abnegatiua coniunctio. persequi. numerare
ΔΙΕΛΘΕΝ. emulum. imitatore. stuporē. κα-
ταπληξιν. edormi crapulam in quaꝝ. simile
illud Terentianuz. ibo in angulū ibi interea
hoc uilli edormiscā. tantæ causæ indormiētē
id est in tanta causa. uindices. sunt facinoris
non cōmissi: ultores iam cōmissi. si quidem:
quia. atrocius. crudelius. si ab urbe. p̄tōri
plusq̄ decem dies ab urbe abesse nō licebat
distinctius. elegantius. clarius. apertius. rete-
xo. rursus texo & ordior quasi aliam telam.
narbona. ciuitas hispaniæ. illud cassianum:

Cassius solitus est dicere cum factū negatur
 nullum esse firmiter argumentum quā uidere
 cui ea res aliquid cōmodi afferret, officina,
 taberna, nūdina, mercatus, imunitatū, τῶν
 ἀτελειῶν, uectigaliū, τῶν πορῶν, tot du-
 ces, sicut Pompeium Afraniū Petreīū Cato-
 nem & alios, exercitus, legiones & in phar-
 salia cum Pompeio; in Aphrica cum iuba &
 Scipione; in hispania cum Petreio & afranio
 angoribus, doloribus, contulit, cōmunicauit
 de sūma re; de tota rep; quid sequeretur, quod
 spectaret quasi finem καὶ σκοπὸς, paphū,
 insula & ciuitas est, sectōres, Pompeii appel-
 lat, M. Antoniū quod bona Pōpeii; & in pri-
 mis a Cæsare redemisset; imo cum Cæsar p-
 ciū domus poposcisset; iratus est Antonius;
 quod pro tanto eius in cæsarem studio pro
 tantis laboribus ac periculis illam pecuniā
 cæsar ei non remisisset; sunt autē sectōres qui
 predam publicam redimūt, animis relaxāt,
 relaxant animos recreant remittunt, hæredi-
 tatem obuēnisse, obuēnit hæreditas & adii
 hæreditatem, facies, totius corpis liniāmēta

statura, longitudo proceritas corporis, com-
potorum, σιμπτοτων, dicta, per excellentiã
uerba falsa & iocosa intelliguntur ut ẽ apud
Terentium: unum dictum de melioribus:
campi, leontini qui est in Sicilia publicus,
prætextatum, cum nondum uirilem togam
sumpsisset, decoxisse, mercatorum fidem fe-
sellisse, quamuis, scilicet constitutus esset lo-
cus ei qui fortunæ uitio decoxisset non suo,
intercessisse, fidem suã interposuisse spopõ-
disse, Inde iter alexandriam, expulsus Anto-
nius & exclusus a patre Curione primũ clo-
dio se adiunxit: inde eo metu relicto in Asiã
se contulit: ubi & corpus & in dicẽdo se exer-
cuit: post Gabinio aduersus Aristobolum in
iudeos exercitum ducenti præfectus eq̃tum
fuit cũque Ptolemæus regno expulsus Ga-
binium se ut reduceret decem milia talen-
torũ pollicitus obtinere nõ posset: timebat, n
Gabinus sine auctoritate senatus exercitũ
Alexandriam ducere hortatu Antonii eam

B

expeditionem suscepit. misenum. uilla An-
tonii ad mare posita: est autem locus iuxta
bacias: de miseno tibicinæ Aenææ dictus: de
quo Virgilius. Misenum æolidem: quo non
præstantior alter: Aere ciere uiros: martēq3
accendere cantu. ut mihi satisfieri paterer a
te. i. ut acciperem tuam excusationē & pur-
gationem. de gratia. propter gratiam Cæsa-
ris. i. ut gratificarer Cæsari. custoditus. i. ha-
bui te ad custodiam corporis mei: quemad-
modum alios nobiles permultos. sine sena-
tusconsulto. scire uos oportet Curionē filiu3
cum antea bonarū partiū fuisset: cōmutata
uoluntate popularem esse factum & Cæsari
fauere cœpisse: q̄ quo facilius efficere poss3
& Cæsar ea quæ cuperet assequeretur sua
gratia atq3 opib3 effecit ut. M. Antonius tri-
bunus plebis fieret: inde ut augur esset: in
quo quidem tribunatu cum Marcellus con-
sul legiones conscriptas Pompeio attribu-
erat: & alias scribendi potestatem faceret
Antonius intercessit: & plebiscito eas

legiones bibulo in Syria aduersus Parthos
bellum gerenti mittendas auxilio cēfuit. eodē
tēpore cōsulibus & magna parte senatus lit
teras a Cæsare missas in senatu palam reci
tari prohibentibus Antonius ui tribuniciaē
potestatis recitauit: in quo multorū animos
& studia ad Cæsarem cōmutauit: quod eis
litteris Cæsar nisi iustum ac mediocre nihil
postulare uidebat. Itē cū in senatu sentētia
rogarentur utrum senatui uideatur pompe
ium tantū legiones dimittere: an utrūq; cu;
Cæsarem legiones tantum dimittere oportere
uideretur: Antonius cum surrexisset &
quæsisset placeret ne Pompeiū & Cæsarem
simul arma deponere & legiones dimittere
ab omnibus est collaudatus: cūq; omnes eā
sententiam decernere uellēt Cato & Lentu
lus prohibuere & Antonium ex senatu eie
cerunt: quare uim timens Antonius condu
cto uehiculo seruili habitu una cum Cassio
ad Cæsare se cōtulit. fulcire, sustentare: uide
etiā fulcra lectoꝝ dicūtūr. mācipatum, uēdi

tum. addicta consecrata destinata. circūseri
 ptus. oppressus. exequi cladem potuissent.
 qui fugere potuerūt. & ea clade fungi & eā
 calamitatem obire. omnē sobolē. omnē fœ-
 rum & quasi sementē reip. naz in iuuenibus
 spes est sufficiendæ prolis; quē admodum in
 agnis & in iuuenis uidemus; idcirco Virgi-
 lius Spem gregis; dicitur autē soboles a sub
 olefendo. i. crescendo crescūt. n. & succedūt
 parentū & senioꝝ ætati. exterminatā. εσορι
 σ τ ε ι σ θ α ν extra terminos & fines positam
 affixit. p̄stravit. ratiocinabimur. σ ι λ λ ο γ ι
 σ ο μ ε θ α ν colligemus. cuius tamen scelus in
 scelere cognoscite. scelus fuit leges soluere.
 scelus patruū non restituere; alienos cū re-
 stitueret. In his paniam proficiscens. tum. s.
 cū pulso ex Italia Pompeio; nequid hostiū a
 tergo relinqueretur ad Afraniū & Petreiuꝝ
 Pompeii duces p̄sequēdos p̄fectus est; quo
 tempore urbem Lepido cōmendauit; Anto-
 nio negocium dedit; ut Italiam lustraret. cō
 culcandam; non lustrandam esset enim leue
 uerbum; nec tantæ importunitati cōueniēs.

non fui. quippe qui in castris tum erat pom-
peii. exedra. sedes. mimia. s. citheris. in rheda
in uehiculo. & lubrica uersatus in bello est
id est dubia fide. uictor. reuerso ab Hispania
Cæsare & iam profligato Pompeio. crudelis
& misera deductio. in alienas. s. possessiones
& eorum in priuatis qui Pompeii ac bonorum
studiosi fuissent. cum esset ille alexandriæ.
mortuo iam Pompeio. magister. equitum:
nam Cæsar dictator erat. aquinos. ciues ex
municipio aquinii quod est oppidum in Apu-
lia. uallatus. munitus. hasta posita. unde
subhastare dicitur cum hasta posita eorum
bona uenduntur qui hasta hoc est bello uin-
cuntur. sectionis. emptionis bonorum hosti-
lium. copias. facultates diuitias. ingurgita-
uissent: id est tanquam gurges quidam &
uorago imisisset. apothecæ. repositoria ἀπο-
θήκαι: totus dies potabatur. suggerebantur.
subministrabantur: subiiciebantur: interdum
enim in alea multum numerorum perdebat.
cōchiliatis. purpureis. nā conchilia murices

sunt, peristromatis, stragulis, stragulæ ue-
 stes dicuntur, ἀπο τοῦ στρωνέμι, sterno,
 importunissimum, impurissimū improbi-
 mum importunū illud dicitur: in quo nullū
 est auxilium: uelut solet esse portus navigā-
 tibus: diuersari, ad tēpus habitare: unde di-
 uersoria dicūtur quo ex itinere diuertere so-
 lemus καταλυσεις καὶ καλεῖσθαι, ue-
 stibulū, aut quæ est pericula diminutiua: &
 stando quia ibi nō stetur: uel a uestiendo: ut
 quidā uolunt, rostra, quæ a Pōpeio foribus
 suspensa sunt: cū de piratis uictoriam repor-
 tasset, spolia, quæ ex aliis uictoribus & terre-
 stribus bellis supatis hostibus domū retulit,
 pro tricliniis, tricliniū locus ubi discumbitur
 cœnaculū, popinæ, sunt loca gulosoru; ubi
 coquūtur res ad gullā pertinentes, Illā suas
 res habere iussit, quod ab his fiebat q̄ diuor-
 rium faciebant: nā uxoribus ut dote; suā re-
 portarent iubebant, cām, s. repudii, ei bello,
 quod i Africa gestū ē: cū scipione & iuba &
 reliquiis Pōpeianis, numero, ḡdu honoris.

rogauit, cum tribunus, pl. esset, unde dicuntur
rogationes, auctionaretur, auctionatur quod bo
na sua pro preconem uendunt; hoc interest inter sub
hastare & auctionari; quod subhastare est bona
hostium & inimicorum proponere; auctionari pri
uatoz, collisa, fracta, mancipia, quicquid manu
capi potest, nebula, epithetum neque serui; quos
comici idcirco appellat; quod nebulas domitorum
oculis offundit & eos decipiunt; aut quod leues
& futiles sint quasi nebulæ, perficitur in his
paniam, secunda expeditione aduersus Pom
peii filios, gladiator, gladiatorum appellat, M.
Antonium quod gladios in ciues Romanos exer
cuerit, rudem, rudis uirga quædam; siue bacu
lus quæ dabatur gladiatoribus emeritis id est
quibus per ætatem artem finire licebat; insi
gnium uirtutis, qui uero non bona reditus, nam
cum Romam nuntiatum fuisset Cæsarem Pom
peii filios superasse multi congratulatum urbe
obuiam exierant; inter quos cum esset antonius
repentino nuntio allato de morte Cæsaris sta
tim Romam reuertit, lacerna minus capitis
est; lacina uero pars uestimenti, delituit.

16
aut timens quoniam hostes occupasse ur-
bē dicebantur aut certe ut liberius p̄ pota-
ret. cassia uia. qua iter erat roma in gallias
per tusciam. dicta cassia quia a cassio erat
strata. catamytū. p̄ ganymede dixerūt qui
fuit iouis cōcubīnus. dicacez. dicunt̄ faceti
& mordaces & σκομματικοι τινες. Cæ-
sari ex hispania redeunti quo tēpore cæsar
per italiam lectica uehereť secum semper
in lectica habuit antonium & romaꝝ reuer-
sus & quinto consul declaratus in antoni-
um collegam sibi adiunxit. interuertit. do-
lo auferť. dicitur auteꝝ herēditas interuer-
ti & patrimonium & pecunia. uel impedi-
re. anteaq̄ eligeretur. uel uitare postq̄ ele-
ctus fuisset. asseuerauit. affirmauit. aut
id factum esse quod fecit. s. ut diceret auspi-
cia uitiosa fuisse & dolobellam uitio creatū
fuisse. seruare de celo. est nuntiare aut
pluisse aut intonuisse ioue enim tonāte cū
populo agere non licebat. uerum implica-
ta inscitia imprudentia. imprudentia ī eo
fuit quod de futuris diuinaturum se dixit.

inscitia, in eo quod morem ac ritum religi-
onis ignorat cum nesciat uitio creari pos-
se neminem nisi eum qui pluerit aut tonā-
te Ioue delectus sit, obstrinxisti, *populum*,
R. religione, ut piaculum fieri oporteat, ui-
tiosus, uitio creatus, *lupercalia*, festa Pa-
nis, ΠΑΝΟΣ, dicta a lupis arcendis, discur-
rebant iuuenes nudi per lasciuiam pellibz
obuiam occurrentes diuerberendo, *nause-*
et, quod græci dicunt ΝΑΥΣΙΑΝ a nauē, q̄
nauseā facit, *amictus*, indutus, toga purpu-
rea, ΤΗ ΠΟΡΦΥΡΙΔΙ coronatus, ΣΕΦΑΝΘΙΟ
coronatus, differt autē corona a diadema-
te; nam corona etiam ciuium priuatorum
est; siue magistratum gerentium honoris
causa delata, ΔΙΑΔΗΜΑ insigne regum ē
est autem fascia quæ capiti religatur, *plan-*
gor, luctus & doloris, *plausus* lætitix, fa-
sti libri, in quos referebantur acta consulū
seculum, centum annos extendi existima-
bant, beneficio eorum, *Marci bruti potissi-*
imum consilio & suasu, tua miseratio, quæ;
omnibus mouit *Antonius* cum uestem

17
Cæsaris sanguine respersam pro contione
ostendebat, semiustum, nam ne totum ca-
daver combureretur dolobella prohibuit
expulsis foro improbis & seruis fuligine fa-
uilla, uenibant, uendebantur, tributum
qui ex priuato in publicum tribuitur, ap-
pendantur de more antiquo, nam cum pe-
cunia nondum signata esset ære penso nō
numerato soluebant, unde penderē pœnas
etiam dicimus ab eo quod ære graui cum
uterentur Romani eo penso non numera-
to soluebant, unde etiam pensiones dictæ
& pendere tributum, inquinatos, mixtos
turpes fœdos, destituiisti, reliquisti, dese-
ruiisti, sororem tuam, scilicet patruelem,
ergo non germanam, insimulasti, fal-
so accusasti, stipatus; stipatores dicun-
tur custodes cuiusque corporis a stipe
quam accipiebant mercedis nomine,
percursionem tuam mense aprili quo
tempore mortuo Cæsare colonias ue-
teranorum lustrauit; Ut eorum studia
sibi adiungeret quod & effecerat.

nisi octauianus magna ex parte impediss
uel pene non adieris. parum enim absuit
quin occideretur. grandiferae. grandem
numerum frumenti ferentes. uexillum
a uelo uexillus. sicut a talo taxillus. terri
torium. est quantitas agri uniuscuiusq3 ur
bis seu castelli: quantum eius iurisdictio ex
tenditur. sestertium. dicitur quarta pars
denarii quo tempore is decussis ualebat. i.
dupodius & semis. fundum. fundus di
citur ager quod planus sit ad similitudinē
fundi uasorum. quam multos. quot. ote
eta. tritum est prouerbium. o domus anti
qua quam dispari dominare domino quod
in eos dicebatur qui ipsi nequam bonos ha
buerant parentes ac maiores suos. iqui
lino. inquilinus dicitur qui uelut eiusdem
loci cultor eundem incolit focum. meri
torii pueri. qui mercede conducuntur: ut
alterius libidini obsequantur. scorta. ap
pellantur meretricēs quia ut pelliculae subiug
gantur omnia namq3 ex pellibus facta scō
ta appellāt. ἀπο τοῦ σκῆτοῦ. obsolebāt

obsoleta & turpia uidebantur. bustum di-
 citur locus in quo mortuus est combustus
 & sepultus. diciturque bustum quasi bene-
 uistum. ubi uero combustus quis tantum
 modo alibi uero ē sepultus is locus ab urē
 do ustrina uocatur: sed modo busta sepul-
 chra uocamus. obduruimus. callum obdu-
 ximus. irritum. non ratu3. legauit. testamē-
 to reliquit. flamen quasi filamen dictus est
 quod filo assidue ueletur. fastigiuz. ædificiū
 summū. puluinar. adhibebatur in templis
 deorum in quibus lectisternia fiebant. ludi
 romani. ludi magni dicebantur siue circen-
 ses: siue consualia. prætestati. prætesta ue-
 stis nobilium erat. contaminari. inquinari
 ea quæ casta sunt & religiosa. ualuz. a uol-
 uēdo. describo. designo. interdū lacero: car-
 po noto. tertiā pensionem. nā duobus iam
 nupserat qui propter seditionem fuerant ī-
 terfecti de Clodio memini de altero non itē.
 Confer. compara. iudicia. ipsa litigatio di-
 sceptantium iudicatio pœna locus ubi agi-
 tur causa ipsi etiam iudices quemadmodū

ΔΙΚΗ ΣΥΜΒΕΙ ΥΑΡ ΤΟ ΠΡΑΥΜΑ ΟΥ ΠΡΕ-
ΣΙΒΕΝ ΟΔΙΚΑΖΟΝ ΚΑΙ ΗΑΜΦΙΣΕΙΤΗΣΙΣ
ΚΑΙ ΗΤΙΜΟΡΙΑ litteratura. Scientia litterarum
scripsit enim ad ciceronem libruꝝ de lingua
latina. non multos regnare imeditatus est
annos. hoc est non se exercuit multos an-
nos ut regnaret. congiariis. congiarium da-
bant imperatores militibus; aut domini si-
ue tyranni cum pecuniam uiritim gratis
dabant. representari. in presentiarum resti-
tui. immaturam. acerbaz in perfuncto. qui
perfunctus sum & obii honores; alterum
ut ita cuique eueniat; ut de re. Pu. quisque
mereatur.

Secundorum Philippicorū finis.

Erius quo tempore Cæsar est oc-
cisus Octauianus ex filia nepos
Apolloniæ litteris operam dabat
Romam reuersus; ut hereditateꝝ adiret ab
Antonio quæ de bonis Cæsaris (multa eniz
ad eum peruenerant) habuisset: reposcere
instituit. Antonius ætatē pueri contemnēs
atque opibus suis fretus non modo puerū

elu debet: sed libertatem populo eripere co-
 nabatur: quod ut facilius efficeret statim
 post mortem Cæsaris colonias militum ue-
 teranorum omnis adierat: maximisque con-
 giariis ac muneribus militum animos sibi
 deuinxerat. Cicero igitur quantum rei Pu-
 periculum impenderet prospiciens intelli-
 gensque nullum nisi in armis ac ui præsi-
 dium libertati esse: puerum eo animo atque
 consilio aduersus antonium adiuuandum
 suscepit: ut eius auxilio quem propter me-
 moriam Cæsaris non parum apud milites uete-
 ranos benivolentia & auctoritate ualiturum ce-
 sebat rem publicam defenderet. igitur eo re-
 uerso cum multæ legiones eum secutæ fuisset
 Antonius pueri uires timens & po-
 puli consensum urbe excessit & in gallias
 cum exercitu trahens Brutum mutinæ
 obsidere instituit Cicero igitur suadet: ut
 Octavianus puer auctoritate ornatur cum
 eius beneficia in populum romanum commemo-
 rat ac laudat. eodem modo & brutum antonium

contra uituperans hostem cenſet iudican-
dum. ab homine proſtigato. perſito. confe-
cto. unde & proſtigata queſtio confeſta. re-
ſperſum. madefactum balneatum. imbu-
tus tinctus infectus. imbutū autem ē quod
cuiuſpiam rei ſuccum dat: unde inſatibus
an uelint bibere dicentes bum ſyllaba con-
tenti ſumus. quoniā longo interuallo. nam
ſenatus a Kalendis iuniis uſq; ad Kalendas
ianuarias: libere habitus non fuerat. inſigni-
te. inſigniter egregie. humile. abiectum ui-
le. quorum intererat. quibus utile erat. nū-
diabantur. uendebant. in cuſtodiam. τὴν
τὴν φουλακὴν trucidauit. atrociter niter
fecit. atrox crudelis. nuncupauit. unde nun-
cupata uota dicuntur quæ prætor uel con-
ſul exercitum aduerſus hoſtes educēs no-
minatim proponit luſtrato ante exercituſ
uota uero concepta dicuntur quæ non pro-
feruntur: ſed tantuſ mente atq; animo cō-
cipiuntur. ne in metu quidem. nā licet An-
tonius cæſarem octauianum timeret: tamē
quotidie cū mīmis & hiſtrionib; p̄potabat

20

conspirasse, in bonam; coniuirasse in mala;
maiestatem, a magnitudine dictam, non in
uitis, lubentibus, fustuarium, is erat qui le
giones fustæ plectebat ob aliquod commis
sum militare a fuste, congeffit, cumulatim
ingessit ab hastis quæ multæ simul uno tē
pore in unum coniciunt thralliam, ἠραλ
λαῖοσι ciuitas & populus ī thratia sane bar
barus, ūde ἠραλλιοσσι, ἠραλλιοσσι, ex epheso
quæ ē ciuitas Carix, multe sella currules;
.i. multi magistratus quibus licebat sella
curruli uti quemadmodum ædiles curru
les prætores consules, cum palla & cothur
nis, habitu græco; nam palliuz ūestis græ
ca; unde palliatæ comedix, attauus auus
patris matrisq; pater dictus a græco uoca
bulo quod est apud eos, παππος, muta
tis quibusda; litteris, ab auus dicitur quia
abest ab auo & est coeuus aui, attauus q
αττα est aui .i. pater; ut pueri usurpare
solent, Fregellanam, Fregellæ Ciuitas Arū
corum quæ cum desciuisset a populo Ro
bello Italico euerfa est funditus & deleta.

libertinus: filius liberti: quos certe scio di
gnitatis optimarū scēminarū nō pœnitere.
quibus scio uxorū suarū dignitatem ue
hementer placere; nec parua; uideri & ma
gnopere contentos esse .compellat edicto.
in suo edicto nominat. refricat. translatio a
cicatrice uel ulcere proprie dixisset repeterē
uel recolere memoriam, atroci edicto. eru
do duro: atroces enim appellantur. ex græ
co: quia illi atrocita appellat q̄ cruda sunt
siue atrox dicitur ab eo quod nihil timeat
τρωαί enim græci dicūt timei. tristi. graui.
Terentius tristis. seueritas iest i uultu. epu
læ honestorū sūt: popinæ ganeorum sūt &
ebriorū. spartacum is seruos ad libertatem
cōcitauit & eo duce res Pu. magnū piculū
adiit. infatuet. fatuū & infante; reddat: nā
fatui dicūt a fādo q̄ fari nesciūt. mēte cōci
dit. cōsternatus ē. p discessionē. moris erat
ātea q̄ senatus cōsultū fieret auspicio & sa
crificiis q̄busdā solēnib; deīde uti de re pu.
ifinite referi. s. cū nihil ēēt de q̄ referet aut
finite ut puta de bello iferēdo carthaginēsi

bus de quo si iter oēs cōstabat fiebat sena-
 tus cōsultū p discessionē. sin minus consul
 sententias rogabat deinceps incipiens a cō-
 sularibus petulantiam, impudentiaꝫ luxu-
 riam insolentiam a petendo dicitur. cōglu-
 tinatus, compactus cōflatus a glutine. ni-
 hil ī genuū, nihil liberale: sꝫ omnia seruilia,
 succēdere leuiter itasci. μεμφεσθε, disper-
 ditionem, αλεθρον, mutilatum, concisum
 diminutuꝫ, ex mirmillone, retiarius et mir-
 millo gladiatores erāt, cumqꝫ retiarius ad-
 uersus mirmillonem pugnaret: ita ei canta-
 batur, non te peto piscem peto: quid me fu-
 gis galle, nā mirmillonicuꝫ genus, armatu-
 ræ gallicū ē: ipsiqꝫ mirmillones galli ante
 appellabāt ī quorū galeis piscis effigies in-
 erat: quod genus pugnae īstitutū ē a pitaco
 uno ex septē sapiētibꝫ qꝫ aduersus phryno-
 nem dimicaturus pp cōtrouersias finiuꝫ qꝫ
 erāt iter atticos & mitylencos: rete occulte
 lato īpediuit phrynonē, uastāt uacui & ua-
 sti reddūt, omen qī oremen, qđ sit ore au-
 guriū & quod nō auibꝫ alio ue quo mō sit.

Requinta cum senatus ciceronis suam
comprobasset, senatusque consultum in eius
sententia factum esset uniuersum populum romanum
suscitatur ad libertatem recuperandam ma-
xime cum Marcus antonius iudicio sena-
tus & ipsorum quiritium & deorum immor-
talius hostis rei publicae plane sit iudicatus, ala-
critatem, προσουμιαν luculenta clara a
luce, prodigium a porro & abigo monstrum
dictum est uelut monestrum quod mone-
at aliquid futurum prodigium uelut prodi-
cium quod praedicat portentum quod por-
tendat, ostentum quod ostendat quasi idem
significant, incumbite, in causam totis ani-
mis & pectoribus instate, romani nominis
Nam ρομην, uirtutem & robur significat,
quandoquidem, quoniam, industria, unde
industriosis quod omnes labores patiuntur, exarsimus
incensi sumus.

Idem kalendis ianuariis cum sententia in se-
natu dicerentur & quidam amici
Antonii legatos ad eum mittendos censerent,
Cicero non modo id faciendum non censeret

sed omnia eius acta rescindenda nec eum
 consulem sed hostem habendus esse uero
 non solum patriæ inutile: sed etiam turpe
 imperio romano legatos ad eum mittere que
 magis conueniat armis depositis ueniam p
 suis peccatis & facinoribus petere. nudi
 us tertius decimus. nunc dies est tertius &
 decimus. ut uobis nihil iam sit integrum. ni
 si aut honesta pax: aut bellum necessarius
 .i. deliberata sunt a uobis pridie in senatu om
 nia contra. M. antonium tanquam hostem &
 paricidam adeo ut nullam aliam delibera
 tionem habeatis integram nisi has duas uel
 ut bellum necessario suscipiatis: uelut pa
 cem cum dignitate & honore suscipiatis.
 trinum nundinum. pro trinarum nundina
 rum dicitur composita trinundinum spati
 um. xxvii. dierum. uertit. a possessione rei
 Pu. ad suum ius possessionemque iniuria &
 dolo conuertit. unde & auerti patrimonium
 & hereditas dicitur. falsis proscriptioni
 bus. falso proscribendis & in exilium mit
 tendis ciuibus romanis & eorum bonis

publicandis, nam proscribere est ciuem
in exilium exigere; & bona eius public.
re, nam eorum nomina in publico scie
bantur, præscriptionibus, præscribi res
dicitur quæ si mobilis est ut pecunia bi
ennio eius fit qui tenet; si immobilis de
cennio inter præsentis aut uiginti annis
inter absentes, consensum locus ipse &
multitudo iudicum sedentium græce σ
ΝΕΔΡΙΟΝ, mos, est institutum patrum
pertinens maxime ad religionem cerimo
niasque maiorum, delectus, de bonis di
citur notatio de malis, gortinium, cre
tensem, nam γορτινος πολις της
κρητης, phædri, is ætate Ciceronis præ
stantissimus inter Epicuros philosophus
fuit, festiuus lætus hilaris iocundus,
ariopagite, consilium athenis qui de ce
de iudicabāt απο του αρεσσ και παγυο
saxum citatus uocatus nominatus, naz ci
ere nominare ē, unde etiã nomēdatofes q̄

23

nominatim aliquem uocant uel in senatu
ut sententiam dicat uel in ius quæstioni,
inquisitioni, periculum fortunæ, in alea .s.
unde prouerbium illud in promptu est, iac-
ta est alea, quo Cæsar usus fuisse dicitur
cum rubiconem fluuium traiecisset; & i ali-
enam prouinciam irrupisset, solum uertis-
set, patriam commutasse, commessationis,
commessatorum, ειλᾶπιναςων opertis
clausis, si per amicos licuisset, .i. si amici p-
misissent, possessio, est usus quidã agri aut
ædificii nõ ipse fundus aut ager, locuples,
a multitudine locorum, ad pœnum, ad afri-
canum, penum autem sine diphthongo ẽ
quicquid i annum reponitur, hoc sagum,
prima correpta uestis militaris, hæc saga
prima producta mulier perita sacrorum &
uir sapiens, nam sagire est acute perspica-
citer sentire, deinceps, inest tempus & or-
do, deinde autem solum tempus, præceps,
προπετης præsidet, præsidio & præsi-
dii locũ tenet, moderate q̄ nõ gessis ptes cæ-
saris cũ cæsarianus fuiss; & exercitũ hēret

3.
legibus annalibus. quibus constituebatur
quo quisq; tempore quibusq; annis magi-
stratum petere deberet. temeritatem in-
prudenciam imperitiam audaciam. indo-
les. quasi inoles ab inolescendo cum maiō
quædam uirtus in puero eluceat quæ æta-
ti conueniat & magnam quandā spem de
se polliceatur.

VDita. hac contione monet Ci-
cero quirites quæ acta sunt in se-
nato legatos missos esse ad anto-
nium: qui mandata senatus ad eum defe-
runt: quibus nisi pareat hostis postea iudi-
cetur. hortatur ergo ut interea dum legati
redeunt sint animis ad bellū paratis: quo-
niam propemodum exploratū habeat An-
toniū: nec uelle nec si uelit posse senatus
mandata suscipere & iis obtemperare.
quam personam sumptum ab histrionibus
qui in comœdia uel tragœdia quā personā
seu lenonis seu regis ab initio susceperunt
dictis aut factis constanter & perpetuo ser-
uent ut sibi conueniant. ut quāq; discessio

facta non esset. i. cum nondum constaret inter omnes de mea sententia nec ab omnibus probaretur. quæ uobis potest cum hoc gladiatore conditionis æquitatis legationis esse communitas. quasi dicat nulla: quippe qui nec ciuis sit nec hostis nec homo denique: sed immanis quædam bellua cu3 qua hominum generi nulla communitas est nulla societas. quid enim ille, ille in sua potestate est & arbitrio qui rationi obtemperet contra qui appetitui & libidini pareat: is seruit nec sui compos est. procrastinatio. in diem dilatio. primus. nam qui priore anno p uincia præfuisent deposito magistratu in senatu primi omnium sententiam rogabant Labare. titubare a correpta: labor autem a pducta. hoc tibur ciuitas: hic & hæc tiburs gẽtile. retrahunt fugitiui ui ad supplicium. iaz fert in oculis. gestit in sinu in eos dicunt quos precipue diligimus. palmaris. aut quæ palmam mœret aut pp palmam statuta est in signo uictoriae. medio iano. tria fuerunt templa Iani romæ de quo oratius. hoc Ianus primus

ab imo edocet. a se. a uobis ipsis. excubabo noctu. uigilabo i die. habui multas contiones. i. sæpenumero coegi multitudinē i foro: ut cū plebe agerē quo i loco cōtio uel p orōe ipsa uel p multitudine accipi pōt.

Arui. timens Cicero ne senatus missis legatis ad pacem cum Antonio flecteretur si ille ad conditiones æquas descendisset suadet nullo modo pacem cum Antonio esse faciendam quæ sit turpis periculosa & impossibilis. In principio uero diluit ea quæ fingebātur a fautoribus Antonii de responsis eius ac postulatis: & quos consulares ad quos Antonius litteras misisse uidebatur callide & artificiose reprehendit. appia uia. qua iter erat in apuliam: quēadmodum cassia in tusciam: flaminia in galliam. remittere. tanquam de suo iure cōcedere. bellicū. sonus qdā & modulatio tubæ ad bellū excitādū. curriculū. cursus ipse & spatiū i quo currit. qd' græci appellāt Προμὸν siue Σαδίων. elaboratū. cū labor cōsumptum ego alumnus pacis.

25
τ ποσοσ δ̄ alui & auxi sep pacē p̄teructus
taq̄ scopulū siue: euripū siue fretū aliq̄d.

Onufusius, superiore orōe quā ī sena
tu habuit cohortatio sua & sn̄ia
nō tm̄ potuit ut fautores Antonii
nō obtinuerit ne bellū decerneret, hac ora
tione cōfutat illoꝝ sn̄iaz & iscitiā q̄ nō ani
maduerterit si tumultus decernat bellum
quoq̄ decerni. p̄bat igit̄ bellūz eē & maxi
mū q̄dē cōfutat̄ sn̄ias eoꝝ ad extremū di
cit sn̄iaz q̄ est posita ī fine orōis. p̄p̄siō. in
clinatio. p̄p̄iquus cognatus a m̄re agnatus
gētilis a p̄re: affinis ab uxore. p̄cepit. q̄ ma
gister: nam ea p̄cipiūt q̄ eligi & fieri debēt
sylla cū sulpitio. nā cū sylla cum mitridate
bellū gereret sulpitiū tribunus plebis ma
rio ic̄itate legē tulit aduersus syllā. q̄ sylla
cōmotus legionibz ad urbē aductis cū sulpi
tius & albiouanus ei se obieciſſet ic̄edio p̄
colinā & exqlinā portā aditū ī urbē sibi pa
tesfecit & occupato capitolio effecit ut ad
uersarii oēs hostes iuducarēt ī sulpitiū ip̄z p̄
ſētē seuitū ē: marius h̄itu seuili fugā q̄siuit

Cinna cum octauiō. pūllis marianis Cinna
cōsul de exulibus reducendis legeꝝ ferebat
sed Octauius collega quieti atque ocio cō
sulēs adiuuante senatū cinnam eiecerūt, is
postea cum mario reuersus ultus est iniuriā
suā: nam caput octauii consulis p̄ rostris
expositum est. Fimbriā crassi pater & filius
Catulus merula sacerdos. Ancarius. Q.
Mutius scæuola interfecti sunt. cōmode. di
sette. industria. labor honeste susceptus p̄
pria uirtus summorum uirorum qui ī acti
one uersātur & eius quem græci πολιτι
κον appellant abstruo. quod. L. opimius.
interfecto Ti. gracco. C. graccus eius actio
nes de re agraria suscipiēs cum capitoliū
occupasset. L. pimio consule auctore est in
terfectus. a glaucia prætorē. L. appuleius
saturninus instigante mario interfecto an
nio in eius locum collegam. C. mario cōsu
li quendam. C. graccum sustituerē conatus
est hominē sine tribu sine nomine: ut eius
auxilio leges gracchanas asserere posset.
uerum non obtinuit: postea euz. C. memiū

cōpetitorē glauciæ interfici iussiss; ut glauciam sibi adiungeret ipso glaucia duce & mario adiuuante (timebant eni; ne libertatez occuparet) interfectus est; nā cu; & ipse in capitolium cōfugisset; tādē p legatos in senatū uenit; ibi facta irruptione populus fustibus saxiq; opertū ī ipsa quoq; morte lacerauit. conductæ lineæ sunt. prouerbiuz quod tunc usurpari solet: cum spatium alicuius rei gerendæ aut faciundæ sublatū ē Virgulas circumscripsit. idest circumduxit lineas quasdā ī modū geometricum quod dicūt græci. περιεγραψε. utrāq; puinciā macedoniam. s. & galliā citeriorē. cauet. legibus prospicit cōsultat. galliā comatā. ulteriorē; in codicillos. in codices & libellos. uē dicabant. i. gratiam inire studebant metus causa. turpiter & ignominiose. deducimus. in forum; reducimus domum. sed oculis seruire. princeps inquit senatus eniti deb; ut nihil aut dicat aut faciat quod aut aspectu turpe sit aut existimatione & iudicio alicuius reprehendi possit. bello marisco.

bello sociali: quia tunc gallia citerior quasi
tota deficit. Finis.

Ellem potius. cum in senatu de
seruio sulphitio honorādo; Cicero
suadet ut ei statua decernatur. cō
futat autem illorum sententiam qui legem
esse dicebant de his qui in legatione inter
fecti fuissent; ut illis tantum statua colloca
retur; nam maiores ea lege sensisse; ut idez
honus æque omnibus haberetur qui pro
pter legationē mortui fuissent, ereptus, im
matura morte; præuentus trāslatio est de
parente quæ summa ætate filium unicum
amiserit, monumentum, est quod mortui
causa ædificatū ē; & qcqd ad memoriā ali
cuius factū est; ut fana; porticus; scripta;
carmina. sed monumentuz quāuis mortui
causa sit factuz; tamen non significat ibi es
se sepultuz. ad requiescendum. in actiua si
gnificatione. propero. animo. festino corpo
re. caducæ hereditates. quæ tunc adeuntur
cum nemo est qui iure eas adeat; adiudica
ret; attribueret assignaret. abstinemus a pe

27
cunia: continemus a cupiditatibus & a libidine decoranda, honestanda, in basi εΥΤΗ
μασσιλιθου ω επεμθαινει ανδρισ, le
monia nomen tribus, designet, unde designatores sepulchrorum dicuntur, Oratius designatores decoret funeribus attris, fastidium, arrogantiam a fastu superbia, ingenio dolore, non seruili. Finis.

Agno i dolore, allato de morte trebonii nuntio quem dolobella dolo oppressum in asia crudelissime cruciatum interfecerat & dolobella hoste iudicato: cum alii iudicarent priuato imperium deferendum, alii alterum consulem mittendum ad id bellum: Cicero neutram sententiam probat: quia praeter morez maiorum fiat, deinde quia iniuste & inhonestum, tum Rei Publicae: tum uero consulis: sed decernendum ut id negotium Bruto & Cassio: qui ipsi partim in Graecia partim in Asia sint committatur, samario, Regio Assyriae iuxta palestinam.

equuleus. genus tormenti. tortorem .a tor-
queo. omnium nostrorū. p nostrū more an-
tiquo. celtiberia. hispaniæ regio. metari. ca-
stra dicuntur quod metis dirigunt. mimos
uersus ridiculos. P. scipionē eum q̄ appella-
tus ē. P. scipio africanus minor quē filium
filius africā maioris filiu3 sibi adoptauit de
paulo æmylio. duas tm̄ tribus. tulit. habuit
refragari. ē suffragio impedire & repugna-
re. deriuare. diuertere a fluuiis. Finis.

Tsi. amici & fautores Antonii se-
natū ī eā sp̄e adduxerāt: ut crede-
rēt. M. ātoniū consiliū mutasse &
ad sanitatē reuertisse. Ex quo actuz fuerat ī
senatu de mittēdis legatis: postea cognituz
ē nihil eorū eē q̄ de antonio p̄missa senatui
erāt & illum in sententiam perstare nec ad
ullam pacem uelle descendere: nisi quæ di-
gnitatem suam retineret senatus imminue-
ret. suadet igitur Cicero ut cum decepti
& proditi fuerint consilium commutent
nec legatos mittāt: quod & inutile & turpe

rei Pu. futurum sit: se autem qui legatione
 susceperit quod ea sibi periculosa nec rei
 Pu. salutaris futura sit uæhementissime de
 precari. falli, fallimur opinione. decipi, decipi-
 mur ab aliis per fraudem. errare. errant
 qui certam uiaz non uident. uicarii. sunt q
 gerunt magistratum aut officium uice ali-
 cuius. unde & serui uicarii dicuntur. pecu-
 latus. furtum publicum a pecore dictum: si-
 cut & pecunia eo quod antiqui romanorum
 nihil præter pecora habebat. cõtaminatos.
 inquinatos pollutos. exciuimus. excitau-
 mus. eierabãt. ualde iurabãt: cõpositum est ex
 .e. & iuro. discriminat. diuidit. Διακρίνει.
 quis mihi præstat. quis fidem facit Finis.

Rincipio huius belli cum Antonii
 fautores quod insidiosè quæsiuerat
 non obtinisset: ut legati de pace
 ad Antonium mitterent. hac oratione & auctorita-
 tem. M. Lepidi frangit qui Antonium cum
 suis reconciliandum ciuitati & in patriam
 restituendos censebat: & Gneum Pompeium

magni pōpei filiū senatus cōsulō laudādū
decernit: qd' is omē suū studiū operā facul-
tates copias re pu. polliceat: & ad mutina-
re paratissimū se eē dicat. helluo. dictus ē
imoderate bona sua cōsumens ab eluendo
cui aspirat ut atiditas magis expret. sic
enī uox icitator. describite. i. scribendo assi-
gnate. expedit. cōducit utile ē. archipirata.
plus ē q̄ tyrānus α π ο τ ο υ α ρ χ ω και π ε ι
ρ α τ ο υ de circūscribendo & diminuendo ei
licētiā & de eo q̄ itra terminos & cācellos
quosdā cōcludēdo. diuexat. lacerat diripit.
monumtor. annaliū: nā noīa cōsulū ī āna-
libus notabātur. decēpeda. pertica ad men-
surādū: unde decēpedator. elegātius eligi-
bilius: alias quod ipsum aliqd magis nouit
eligere. lanista. lanio a laniandis belluis &
hominibus. flaminia. quēadmodū a satur-
no saturnalia: ita a flamiē flaminia. recolis
recordaris. quo. propter quod.
Comentarii Georgii Trapezuntii Clarissi-
mi Oratoris in Philippicas Ciceronis foeli-
citer finiunt. Venetiis .

Inc 1395

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and is mostly obscured by the paper's texture and some staining.



